



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684**

8. Utrum Episcopus cum Clero eximere possit à subsidio charitativo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

ijicitur, tandemq; extat conditio videtur canonicam non deberi, nam tempore re-
 stamenti, & mortis Ecclesia exempta est unde si postea muret statum, ideo fieri non
 debet praesudicium Ecclesiae cui prius fuit ius quaesitum *l. id quod nostrum ff. de reg. iur.*
 E contra vero, videtur inspiciendum tempus conditionis existentis quo quidem
 tempore Ecclesia subiecta invenitur *l. si usufructus ff. quana. die; usufr. legati l. qua le-
 gata ff. de reg. iur.* Paucis articuli huius diudicatio pendet ex eo utrum conditio ex-
 itens retrahatur ad tempus mortis seu restamenti, qua de re suis in sedibus fule Do-
 ctiores *Barth. l. si u qui pro emptore ff. de usucap. l. qui Balneum ff. qui pot. in pig.*

Utrum autem canonica Episcopi impediatur petitionem canonicae parochialis da-
 bitatur, paucis dicendum est quod non, tam altera ab altera diversa est & ex diver-
 so iure competens *Hoftiens. in summa de sepulturis n. 14. §. & utrum illa ratione oneris*
Episcopalis dixi conclusio secunda. Haec autem ratione oneris parochialis quod
 consistit in quotidiana celebratione, Baptifatione, poenitentiarum injunctioe, qua
 de re videatur fufius *Hoftiensis & DD. cap. in nostra de Sepulturis cap. certificari cap.*
qum super eod.

QV AESTIO VII.

Utrum generalis exemptio censetur etiam eximere à subsidio per
 Papam imposito.

Minime: Quia nemo ab eiusmodi charitativo subsidio Papae debito exemptus
 esse censetur. *Io. Andr. ca. cum instantia de censib. Oldr. ad cons. 104. incip. circa*
propositam quaestionem per l. r. c. de indict. lib. 10. l. neminem c. de sacros. Eccles. Quod
 tamen restringendum est nisi quis speciali privilegio ab eiusmodi onere nominatim
 eximeretur *ca. decet de reg. iur. in 6. ca. 1. & 2. 25. q. 2. Bellencin. tract. de charit. subsidio*
qu. 8. n. 3. quod non est praesumendum quippe quod illud concedi non contulerit
d. cap. cum instantia vers. quod non credimus & cap. accedentes de praescript.

QV AESTIO VIII.

Utrum Episcopus cum Clero eximere possit à subsidio charitativo.

Posse, responderunt plerique *Spec. tin. de censib. §. nunc dicendum vers. quid si. Ap-*
tius tamen cum distinctione respondendum iudico nempe in praesudicium Pa-
pae non posse at vero in praesudicium Episcopi posse l. vacuatis ubi DD. c. de decurionib.
lib. 10. l. inter debitorem ff. de pactis Bellenc. de charit. subsid. quaest. 60.